

litatum bellum etsi Germaniæ exoptatissima fuit; impendio tamen stetit terrarum nobilissimarum ac imprimis totius Alfatæ: quæ Germanico imperio avulsæ in Gallorum manus venerunt.

§. CCLIX. Etsi vero ad Svecos quoque pacis hujus vigore devolutæ sunt florentissimæ quædam provinciae; quia tamen eo nomine Svecorum Reges Germanici Imperii Vasalli sunt, non est, quod easdem Germaniæ detractas opinemur.

§. CCLX. Eodem tempore cum foederatæ VII. provinciae Belgicæ pacem cum Hispano fecissent Monasterii, ex Ferdinandi Cæsaris consensu, finibus imperii excesserunt; nescio an aliquando reversuræ.

§. CCLXI. Etiam Helvetii foederibus Gallicis subnixi per ejusdem pacis tabulas in *αὐτονομία* ac plenam libertatem asserti videntur.

§. CCLXII. Ferdinandus III. anno MDCVIII. natus, MDCLVII. denatus,  
tus,